

Dñica xi. post trinita.

mas do. 22. Et ad illas dandas tenentur reges
et principes. 22. vt supra sermone. xlv. de remu-
neratione dantium decimas et peccata nō dan-
tium dictum est parte prima. vide de hoc locum
in registro huius prime partis.

*De eadem dominica.
Sermo tertius.*

Publicanus

stans a longe nolebat oculos
ad celum lenare. Sed percuti-
ens pectus suum dicens. de-
propitius esto mihi peccatori. *Luc. vii supra.*
Quicenna in libro suo de quattuor diluvijs dicit.
3 In vallibus et solitudinibus profundis diluvium
aque accidit vt frequenter. Cuius ratio est. nam
ob concavitatem sui valles et oppositatem su-
am solitudines de nubibus violenter ad se tra-
hant aquas in ipsas. vt dicit comentator. Mo-
raliter per valles quo ad presens intellige hu-
miles propter tria. vt habetur in libro similitu-
dinum. Primo propter aquositatem. cuius enim
sit vallis depressa inter medium duorum monti-
um collocata. ideo est aquarum receptiva. Sic
humilis anima declinans aut deprimens se vo-
luntarie inter duos montes quorum vnus est ex-
tollit de spiritualibus. alius de corporalibus. qui
media transit. et aquas gratiarum recipit. Ju-
xta illud ps. Inter medium montium pertransi-
bunt aque scilicet gratiarum. Quod etiam testa-
tur Cassiodorus super ps. In vallibus quippe
humilium animarum fontes manant et transi-
unt gratiarum. Secundo fructuositatem. nam
propter humoris copiam in herbis floribus et
frondibus secundantur et ornantur. Sic in hu-
milibus abundant herbe virtutum. fructus ope-
rum. frondes salutiferorum verborum. et flores
affectionum. Juxta illud ps. Valles abunda-
bunt frumento. id est. humiles vite merito. Ter-
tio propter quietem. nam sicut edificia in valli-
bus constituta et arbores minus ventorum im-
pulsionibus agitantur quam que in montibus col-
locantur. Sic humiles magis sunt quieti a ven-
tis persecutionum quam homines superbi. Sicut
ergo dictum est quod in vallibus diluvium aque ac-
cidit vt frequenter. Sic in humilibus diluvium
celestis gratie accidit et maioris. quia dicit Au-
gustinus. Sicut aqua fluit ad valles. sic aqua
spiritus sancti fluit ad humiles. Sed quid talis

aqua circa eos facit certe sordes peccatorum
purgat et impios iustificat. Sicut patet in ver-
bis allegatis de publicano qui se coram deo hu-
miliauit. ideo iustificatus in domum suam descen-
dit. et hec sunt verba charitati vestre proposita
in quibus humilitas illius publicani a quattuor
laudatur. primo ex timore offensionis ibi. Alo-
ge stans. secundo pondere contritionis ibi. no-
lebat oculos. Tertio dolore commissionis ibi.
sed percutiens pectus suum. quarto seruiore ora-
tionis ibi. Deus propitius esto mihi peccatori. *R.*
Circa illa est notandum. dicit Theophilus in bre-
uiloquio diuersarum artium. in ascendendo al-
tos montes totum necesse est dorsum et corpus
aliqua lenter inclinari. erectus enim quisquis non
ascendit in altum montem. Moraliter per altum
montem intellige humilitatem. Quis dicit Anf-
helmus in libro similitudinum. Humilitas est
mons magnus in cuius sublimitate lux est. Na-
modica et honestarum personarum. id est. san-
ctarum virtutum pulcherrima turba. Sed per dor-
sum intelligitur mens hominis. Juxta illud ps.
Diuertit ab oneribus dorsum eius. quasi dice-
ret. a peccatis eleuauit mentem eius. Quicunque
enim cum illo publicano in montem humilitatis
magnum ascendere voluit necesse habet mentem
inclinare ab alta superbie. et gradus quibus ascen-
ditur attingere. quia nullus erectus in superbia
potest ad montem humilitatis veraciter ascen-
dere. Ponuntur ergo in verbis thematis alle-
gati aliqui gradus. Primus gradus quo ascen-
ditur in montem humilitatis est timor offensio-
nis. quod videlicet deum peccatis suis offendit.
Et iste timor est quasi radix humilitatis et qua-
si pes montis. Juxta illud Eccl. iij. Timor do-
mini expellit peccatum. Quia ergo omnis pec-
cator stultus est. conuincitur ex eo quod se a bono
incommutabili auertit et ad peccati turpitudinem
se conuertit. Qui ergo ad sapientiam peruenire
desiderat oportet quod a timore dei incipiat. Co-
gitans ergo peccator que pro peccatis suis pe-
na et que pro bonis meritis debetur gratia sem-
piterna. Incipit eum timere qui potest corpus
et animam perdere in gebennam. Matth. x. et
hoc quantum ad timorem seruilem. vel etiam in-
cipit timere ne a diuino bono separetur quantum
ad filialem timorem. Ex quo quidem timore na-
scitur humilitas. et sic timor dicitur radix humi-
litis. Et iste est primus gradus per quem et iste
publicanus ad humilitatem ascendit. quia timu-
it dominum quem peccatis suis offendit. et pe-
nam quam pro peccatis suis meruit. Quia dicit
Apostolus ad Roma. xij. Cum malefeceris ti-

me. **A**t hunc timorem ostendit in populo q̄ stetit et tangitur ibi. publicanus stās. diu enim de peccato in peccatum progressus fuerat. **S**z nūc dei timore correptus factus est stans nō vltra progredi volens ad peccatum. **I**deo de ipso exponitur illud **Jone** primo. **S**tetit mare a feruore suo. **P**er mare intelligitur mens praua peccatoris. **I**uxta illud **p̄s.** **Q**ui conturbas pfundum maris. id est. cor peccatoris in recordatione peccatorum. **E**t ista mens feruet in concupiscentia humana. **I**uxta illud **Job. iij.** **S**eruescere faciet quasi ollam profundum maris. loquitur **fin** **S**losam. de diabolo qui mentes prauas per illicitas cōcupiscentias feruere facit. **I**stud mare in hoc publicano tunc stetit quando timore dei correptus. feruor peccandi in eo quieuit. **S**ic etiam steterunt filij israel quādo destiterūt a nepharia conuersatione alienigenarum. **D**e q̄ bus **Nee. ix.** dicitur. **S**tererunt coram domino et confitebantur peccata sua. **C**irca hoc nota. q̄ iniusti hoc exemplo huius publicani debent stare quo ad tria. **P**rimo quo ad penitendū. qz dicit eis dominus. **Luē. xij.** **N**isi penitentiā egeritis omnes simul peribitis. **S**ecundo ad redimendū scilicet peccata. **D**an. iij. **P**eccata tua elemosynis redime. **T**ertio a recidiuo cauendū. **1. Cor. x.** **Q**ui stat videat ne cadat. **S**ed iusti vt dicit **Dolcot** super illud **Papien. v.** **T**unc stabunt iusti. **lec. lyij.** debent stare ad quattuor actus. **P**rimo ad videndum. **N**am ille qui stat potest videre remotius q̄ ille qui sedet. **Hiere. vj.** **S**tate super vias videre et interrogare de semitis antiquis que sit via bona et ambulate i ea. **S**ecundo ad docendum. **N**am preceps clamatus edictum regis ascendit in altum vt eminentius audiat. **I**deo **Nee. viij.** legit. **S**tetit **Ed** dras super gradum ligneum quem fecerat sibi ad loquendum. **A**t **Act. v.** dicitur de apostolis **S**tantes loquimini in templo omnia verba vite huius. **T**ertio ad testificandum. **Mar. xij.** **S**tabit ante pfides et reges propt̄ me. **Q**uarto ad pugnandum. **Eph. vj.** **A**ccipite armaturam dei vt possitis resistere in die malo et i omnibus perfecte stare. **S**ecundus gradus quo ascendit quis in montem humilitatis est valor cognitionis. **N**am cum quis defectus suos cognoscit valere sibi hoc ad humilitatem poterit. **Q**uia dicit **Bernardus.** **H**umilitas est virtus qua homo verissime sui cognitione sibimetipsi vilescet. **N**am qui seipsum cognouit nimis vilez et indignum appropinquare deo estimat. vt dicit **Theophilus.** **A**cce valorem cognitionis. **Q**uanto enim quis se viliozem cognoscit. tanto

se deo appropinquare indignum reputabit. et sic citius gratiam exauditionis reportabit. **E**t patet hoc in multis exemplis sacre scripture. **N**am **Luē. vij.** de ista felicissima peccatrice legitur. q̄ stabat a longe quia retro sec⁹ pedes domini. recognouit enim turpitudinem sue vilitatis. ac per hoc indignam se estimās domino apparere ad faciem. **S**ed quia retro stare permansit. dominus eam respexit. quia conuersus **Iesus** ad mulierem dixit. **F**ides tua saluaz te fecit vade in pace. **A**liud exemplum **Luē. xv.** de filio prodigo. qui cum esset a longe vidit eum pater et misericordia motus est super eum. **A**liud legitur **Luē. xvij.** de decez viris leprosis qui de longe steterunt et misericordiam saluatoris consecuti fuerunt. **S**icut adhuc contigit. hi qui stant a longe ab altaribus in ecclesijs retro in angulis citius misericordiam q̄ prope stantes consequuntur. quia publicanus qui a longe stetit iustificatus in domum suam descendit. **P**harise⁹ autem qui temerarie propius accessit in peccatis suis mansit. **I**tem timendum est de illis qui interdum cum enormibus peccatis ad sacrosancta audent temerarie accedere et stantes circa altaria cum celebrantur diuina faciem sacerdotis non verentur respicere. volentesq̄ gesta omnia dominice consecrationis cōsiderare. quod tamen prohibetur. de vita et honestate clericoꝝ **rum li. iij. c.** **U**t laici. **S**upple statuim⁹ vt laici **M** secus altare quando sacra mysteria celebrantur stare vel sedere inter clericos nō presumāt. **S**ed pars illa que candelis ab altari diuiditur tantum psallentib⁹ clericis pateat. vt dicit glo. **S**ecus altare laici stare non debent. sed tantum clerici vt liberius intendant diuinis officijs. de consecratione dist. ij. **S**acerdotes. **A**tiam mulieres incensum circa altaria ferre non debent dum aguntur diuina mysteria. **xxij. dist.** **S**acratas. **S**ed hoc intellige per se non debent accedere et incensum luminum ibi ponere. possunt tamen per ministros hoc facere. **S**ed licet hoc dicatur laicis publice de ambone q̄ altaria tempore missarum non deberent accedere. tamē de hoc nihil videntur curare quare deberent publice confundi. et ab altaribus repelli. **E**xemplo beati **Ambrosij** qui imperatorem in choro stantem in loco clericorum publice repulit dicens. **P**urpura te non facit sacerdotem sz principem demonstrat. **T**ertius gradus humilitatis est pudor contritionis. **U**bi nota duplex est pudor. videlicet bonus et malus. **P**udor bon⁹ deo placet quia impedit malum. quia dicit **Bernardus** in sermone super **cañ.** **Q**uanto deo

Dñica xi. post trinita.

displicet impudentia peccantis. tantum placet ei pudencia penitentis. **E**t iste pudor est tertius gradus per quem montem humilitatis ascendimus. **A**d hunc gradum publicanus iste peruenit. quia de ipso dicitur qd hic nolebat oculos ad celum leuare. **R**ecognouit enim se offendisse deum celi ita vt diceret cum filio prodigo. peccauit pater in celum et coram te. **E**t quia in celo est deus dicente ps. Dominus in celo parauit sedem suam. **I**deo non audebat oculos leuare in celum pre pudore peccatorum. et ex illo multum placuit deo. **Q**uia dicit **A**mbrosius li. de officiis. **I**n ipsa nostra oratione multum verecundia placet. multum conciliat apud deum. hec pertulit publicanum et commendauit. quia nec oculos suos ad celum leuare audebat pre confusione scelerum suorum. ita vt diceret intra se. **E**t dicit. **D**omine deus confundor et erubescam leuare faciem meam ad te. quoniam iniquitates mee multiplicatae sunt super caput meum. et delicta mea creuerunt usque ad celum. **S**ed pudor malus deo displicet. quia impedit bonum scilicet confiteri. orare. gratias agere. communionem facere. predicationes audire. et similia. et hunc pudorem efficit diabolus. legitur enim cum a diabolo quereretur quid faceret apud hominem quem possiderat. Respondit verecundiam aufero in perpetracione scelerum. **Q**uartus gradus est dolor commissi scilicet de peccatis. nam secundum **A**nselmum in li. similitudinum. **S**ed sunt nonnulli qui se peccatores cognoscunt. sed nullum inde dolorem habent nec hoc valet ad salutem necesse est enim vt dolorem habeat quisque pro peccatis perpetratis si veniam desiderat. **E**t ponit similitudinem aliquam qui peccaret in dominum suum et non doleret ridiculum esset si veniam peteret de hoc. et deinde se non dolere fatetur. **S**ed circa hoc queritur. vtrum dolor in penitente potest esse nimius. **A**d hanc questionem respondet **H**olcot. lec. lviij. qd in penitente est considerare triplicem dolorem. **U**nus est essentialis penitentie. et est in voluntate ipsa videlicet displicentia de peccato pro quanto peccatum est offensa dei. et ista displicentia est voluntatis essentialiter contritio. **E**t quia iste dolor directe causatur in deum ex charitate. que secundum legem dataz intendi potest. ideo iste dolor non potest esse nimius. **A**lius est dolor non essentialis penitentie et est in sensualitate. et est passio appetitus sensitui. et iste dolor causatur vno modo ex redundantia doloris vel displicentie in voluntate pro modum quo vires inferiores obtemperant i suis

actibus in viribus superioribus. secundum quod dicit **A**ristoteles. iij. de anima. qd intellectus aliquando rapit appetitum sensituum sicut spera spera. **T**ertio potest accipi dolor in penitente pro afflictione corporali. et de istis duobus modis primis. impossibile est qd dolor penitentis nimis sit secundum doctores multos. **S**ed de isto tertio dolore qui causatur ex afflictione corporali constat qd potest esse nimius. quia non licet inferre alicui sibi ipsi ex intentione causa mortis. **Q**uia dicit apostolus ad **R**oma. xij. **O**bscuro vos per misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. sanctam. deo placentem. sit ratio nabile obsequium vestrum. **S**ed de secundo dolore potest esse dubium. **E**x quo causatur directe et naturaliter ex displicentia voluntatis. et ipsa displicentia non potest esse nimia. quia non apparet esse talis qd potest esse nimius. ideo videtur dicendum. qd si penitens ex vehemētissimo amore ad deum. tantum doleret de suo peccato. quia causaretur dolor in appetitu sensitui tante intentionis qd corrumpere armoniam corporis necessariam vitam. et sic induceret ad mortem non esset iste dolor excessiuus in genere mortis nec superfluous. sed virtuosus et opus vere penitentie. hoc tamen presupposito qd voluntas sic penitentis non feratur directe in istam passionem causandam. **S**ed tantum propter displicentiam de peccato in quantum offendit deum. et sic legimus quosdam commendatos de perfectione contritionis. hec **H**olcot. **A**d hunc gradum peruenit publicanus. quia in eo qd pectus suum percussit se dolere ostendit. **I**n hoc enim qd pectus percutitur dolor cordis intus ostenditur. **S**icut figuratum est. ij. Regum ultimo. **D**avid percussit cor suum postquam numeratus est populus et dixit ad dominum. peccaui valde. in hoc facto precor domine. vt transferas iniquitatem serui tui qui stulte egi. nimis percussit ergo publicanus pectus suum. quia dolens et indignatus contra ipsum. **Q**uia dicit glosa. pectus suum percutit et penas de se exigit et deus parcat. **T**unsiō enim pectoris utilis est penitenti. quia valet ad remissionem venialium. secundum **A**ugustinum in li. de penitentia. **S**unt autem octo quibus venialia dimittuntur. vt confessio. pectoris tunsiō. aque benedictae aspersio. cruci signatio. dominica oratio. sacra communio. et iniuriarum remissio. **V**ersus. **C**ōfiteor. tundo. aspergo. cōtero. oro. signo. edo dono. per que venialia pono. **Q**uod autem hic dicitur confessio. intelligi debet de confessione generali quam faciunt religiosi in penitentia. et cō

pletio. et quam faciunt homines diebus dominicis et festiuis post finem sermonis. De confessione autem sacramentali non dubium est quin per eam et mortalibus dimittantur. Item quod dicitur crucis signatio. maxime intelligitur de benedictione episcopi. Item quod dicitur oratio intelligitur precipue de oratione dominica que fit in ecclesia dedicata. Item quod dicitur de sacra communione extenditur vniuersaliter ad omnia sacramenta noue legis in quibus confertur gratia. ut est eucharistia. extrema unctionio. et cetera. Quintus et ultimus gradus quo ascendere possumus montem humilitatis est feruor orationis per quem et iste publicanus in montem humilitatis ascendit cum dicit. Deus propitius esto mihi peccatori. In hac breui oratione primo recognoscit dei potentiam cum dicit deus. quasi diceret. Nemo potest peccata dimittere nisi tu deus. Quia dicit Augustinus contra Julianum et habet de consecra. dist. iiii. c. Nemo tollit peccata nisi solus christus qui est agnus tollens peccata mundi. Et te solum deum inclinabo. te solum timeo quia pater deus misit te. solum propitiatozem pro peccatis nostris. Ioh. iiii. Sed diceret aliquis. ex quo christus in dominica oratione que ponit Matth. vi. docuit nos orare. Pater noster qui es in celis sancti. et cetera. quare iste publicanus ex institutione diuina non dixit. pater propitius esto mihi peccatori. sed deus dixit. Ad hoc dicunt doctores quod in omni dicto vel facto suo ipsius publicani pretenditur humilitas. etiam unde totum euangelium concluditur in humilitate. quare non nomen patris quod dilectionis effectum importat hic expressit. Etiam publicanus reputauit se indignum vocari filium. sicut filius per dignum quod dixit. Non sum dignus vocari filius tuus Luc. xv. Ideo non dixit pater sed deus. quasi se totum in nihilum redigeret coram deo. Secundo eius exposcit misericordiam cum dicit. propitius esto mihi Iosam. recognouit enim se iuste pati omnia mala pro peccatis suis soli misericordie dei se submisit. Et hoc importat hoc nomen propitius. quod idem est quod misericors et benignus. et dicitur a prope et citius. quasi diceret. propitius esto. id est prope citius esto propter misericordiam ut dimittas peccata. Sed diceret quare iste publicanus in templo propitiatione dei postulauit. Ad hoc dicitur quod sciuit Salomonem dixisse. iij. Reg. viij. Si quis agnouerit plagam cordis sui et expandit manus in domo hac. tu exaudies in celo et propitiaberis. Et. ij. Paralip. vij. Si conuersus fuerit populus meus super quo inuocatum est nomen meum deprecatusque me fuerit et exquesierit faciem meam. propitius ero

peccatis eorum. ideo ait propitius esto. Tercio ostendit suam indigentiam cum ait. mihi peccatori. quasi diceret. Ego me omnium peccatorum solum pessimum recognosco plus. idcirco alijs misericordia indigeo tua. ergo mihi peccatori subuenias. primo peccata condonando ut Mariamagdalene cui remisisti peccata multa quoniam am dilexit multum. Sed circa hoc dubitatur. quomodo iste publicanus petit sibi peccata condonari. cum tamen non videtur confiteri. cum tamen dicat Gregorius. xxiij. mora. hec sunt humilitatis signa iniquitatem suam quicquid cognoscere et cognita nota confessionis aperire. Ad quod dicitur quod iste publicanus in eo quod se peccatore cognouit. et dixit omnia peccata deo generaliter confessus fuit quod sufficiebat pro isto tempore quia adhuc non erat generalis confessio instituta. que si necessaria fuisset ipse finem dispositione animi dispositus fuisset. quod sacerdotem adisset Ideo bene potuit dicere cum patre. Delictum meum cognitum tibi feci et iniusticiam meam non abscondi. et hoc quo ad confessionem. et sequitur dixi confitebor videlicet homini finem preparationem animi et tu remisisti impietatem peccati mei. Et est notandum quod confessio est duplex. una mentalis que fit deo. et hoc iure naturali. Et hec confessio mentalis sufficiebat ante christi incarnationem quia christus nondum erat homo adhuc talis confessio sufficeret ubi articulus mortis confessionem sacramentalem non admitteret. Alia est sacramentalis. et hanc quia deus factus est homo vult ut fiat homini vicario christi in hoc quod ministris sacramentorum dedit potestatem ligandi atque soluendi et sic confessionem instituit tacite cum dixit. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis Ioh. xx. Sed apostoli eam promulgauerunt expresse. Quia dicit apostolus. Iaco. cap. v. Confitemini alterutrum peccata vestra. Sed diceret. ex quo in contritione remittuntur peccata. Iuxta illud Ezechielis. xviij. Quacumque die ingemuerit peccator saluus erit. Ad quid ergo oris necessaria est confessio. Ad quod dicunt doctores. Quamuis per contritionem peccata dimittunt tamen vocalis confessio est iam in tempore gratie necessaria vel in re quando habetur oportunitas vel in proposito quando eum articulus necessitatis excludit et non preceptus religionis. Ita tamen necessitas confitendi post contritionem non est propter necessitatem remedij. cum peccatum iam sit dimissum. sed propter obligationem precepti. Confessio enim et satisfactio non solum necessitant in iudicio dei. sed etiam in iudicio ecclesie propter obligationem precepti. Secundo dicit publicanus iste subuenies mihi pec

Dñica xij. post trinita.

catori penam purgatorij in presentem commu-
tando. sicut latroni cui dixisti. **Hodie** mecū eris
in paradiso. **Luc. xxiij.** Tercio tanquā ouē per-
ditam ad ouile regni reportando ut **Lazarus** p
mysterium angelorum est ad gloriā deporta-
tus. **Ecce** q̄ salutifera oratio per quam consecu-
ta est peccatorum omnium remissionem. roge-
mus ergo dominum ut det nobis exemplo hui⁹
publicani hic in terris humiliari ut mereamur
in celestibus exaltari.

**Domínica duodecima post
trinitatis. Sermo primus.**

Aducunt ei
surdum et mutum et deprecaban-
tur ut ei manus imponeret. Ita
scribitur **Mar. viij.** Dicit **Con-**
stantinus in li. de natura morborum dum aliq̄s
in languore positus nomen amici sui quem dili-
git audierit continuo ab infirmitate cōualefcit.
Et ponit rationē. dum quis in languore posit⁹
nomen sui predilecti audierit positi in regione
longinqua tristitiam iam aliqualem concipit. et
microrem tamen exhortatione et consolatione si-
bi astantium et circa se sedentium in spem magnā
ponitur ut videlicet cum rediturum est visurus
illa aut spes valida atq; consolatio sanitates ut
frequēter infirmo restituit et valorem. Ad quod
probandum legitur **Gen. xlv.** **Jacob** credidit
filium suum mortuum. quia ei dictum erat q̄ se-
ra pessima deuorasset eum. Quapropter lugēs
multo tempe cōsolationem recipe noluit. Sed
dixit. descendam lugens filium meum cum me-
rore ad inferos. Tandem cum ei nunciaretur q̄
filius suus viueret. ille pre gaudio quasi reuixit
dicens. Sufficit mihi si adhuc uiuit vadam et vi-
debo anteq̄ moriar. **Ecce** q̄ audito noīe amici
predilecti infirmus conualefcit. Spūaliē chri-
stus **Iesus** dñs noster est amicus noster charis-
simus quod patet quo ad presens principaliter
in duobus. Ex chara videlicet redemptione. et
omniū communione. De primo dicit beat⁹ **Jo-**
hannes **Apoē. i.** Dilexit nos et lauit nos a pec-
catis nostris in sanguine suo. ideo ipse dicit **Jo-**
hanis. xv. Maiorem dilectionem nemo habet
ut animam suā quis ponat p̄ amicis suis. q. d.
sicut ego feci pro omnib⁹ amicis meis. De scdo
quia fm **Aristo. viij. et h.** Amicorū aut oīa com-
munia. quare et omnia nobis cōmunicabit et sub

iecit. **Iuxta** illud ps̄. Omnia subiecisti sub pedi-
bus eius oues et boves vniuersas insuper et pe-
cora campi volucres celi et pisces maris. Et nō
solum ista nobis ut verus amicus communica-
uit. Sed corpus suum in cibum et sanguinem su-
um in potum nobis dedit. ut in clemen. de reli. et
ve. sancto. Si dñm. Istum pre omnibus amicis
debes tibi o homo eligere. sicut consulit **Aug⁹.**
inquit. Elige tibi amicū illū pre amicis tuis vi-
delicet christū qui cum oīa subtracta fuerint ti-
bi solus fidem seruabit in die sepulture tue cum
amici tui recedent a te. ille te non derelinquet.
sed tenebit te a rugientibus leonibus p̄paratis
ad escā et pducit ad ignotāz regionē ad plateas
celestis hierusalem vbi collocabit cum angelis
suis ante faciem sue maiestatis. vbi est cumulus
felicitatis. supeminens gloria. supabundans le-
ticia et omnia bona. hec ille. **Ecce** qualis fidelis
est amicus dñs noster **Iesus** christus. **Diē** er-
go aliquis in languore positus audierit nomen
amici conualefcit. Sic factum est de isto surdo
et muto qui cum audisset nomen et vocem dicen-
tis. **Effeta** qd̄ ē apire. ilico sanatus est. de quo
dicunt verba euangelij in quo tria p̄ncipaliter
per ordinem tanguntur p̄mo adducentium fide-
lis deprecatio ibi. et deprecantur ut ei. scdo chri-
sti benigna exauditiō ibi. et apprehendens eum
de turba. tertio seruēs miraculi predicatio ibi.
quanto autem eis precipiebat. et c. **Pro** sensu
moralī dimisso lrālī est sciendum q̄ moraliter p̄
istum surdum et mutum peccator congrue signi-
ficatur. **Nā** sicut dicunt medici q̄ surditas cor-
poralis ex quattuor consueuit puenire sic et sur-
ditas spūalis. p̄mo ergo puenit surditas corpo-
ralis ex soni et virtutis auditue disproportionē.
Sicut de tonitruo p̄t. vno modo q̄ fm **Aristo.**
oīa conterit. cerebrum mouet. et animum terret
Alio modo de aqua corrente. sicut refert **Ba-**
silius in exame. et **Ambro.** q̄ de paradisi alto ca-
cumine cadentes aque maximū faciunt lacuz et
in suo casu tantū faciunt strepitum q̄ oēs inco-
le iuxta p̄dictum lacū reddunt surdi immodera-
to sonitu sensum auditus in paruulis corrupen-
te. **Moraliter** per tonitruum intelligitur quili-
bet p̄dicator. **Iuxta** illd̄ ps̄. A voce tonitruī tui
formidabunt. q. d. **Audito** sermone p̄dicationis
tue penitendo timebunt. **Illi** inquam predicator
res si nimis alte in predicatione sua tonant sur-
dos suos auditores faciunt. **Nā** christus p̄-
mus in nouo testamēto predicator satis alte to-
nuit cum **Joh. vi.** dixit. **Nisi** manducauerit car-
nem filij hominis et biberitis eius sanguinem
non habebitis vitam in vobis. **Et** sequitur q̄ ex